



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Memoria continua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

IO CONSIDERATIO
XXII.

AMOR DEI,

Memoria continua.

Non est res, quæ magis animæ nostram tenuitatem, roboret & confirmet nostram debilitatem, quam Consideratio & memoria Divini erga nos Amoris. *Amoremur, & letabimur in te, memores verbum tuum,* vel ut alij legunt, *Amorum tuorum.* Accipimus Amorem, & fiduciam, cum exultatione & gaudio in Deo, cum in memoriam revocamus magnitudinem Divini Amoris, unicam & solam materiam veræ lætitiæ: quæ ab Amore, velut à prima origine, omnes gratiæ ad nos derivantur è cælo.

Amor: semper amans, quid invenisti in nobis dignum amore? Amasti fortè nostra peccata, imperfectio- nes, ac defectus? Te ipsum, tuam Bonitatem, tuam Divinitatem in nobis amasti: id amasti in nobis, quod tu ipse creasti, Naturam à te creatam, Gratiam à te ipse suscipiam. O quàm bene dicebat S. Apostolus, *non debet gloriari, nisi in Cruce Domini!* nunquam enim, nunquam gloriaberis alio, quàm in Amore tam magno, quem in Cruce mihi Christus monstravit. Absque Amore: nunquam permittat hoc Deus, ut alius amor vincat isti Amori, qui vel tantillum imminuat Sanctum Amorem.

Si amari à magnis personis pollere gratiâ Principum, summorum Regi, tanti æstimatur à mundo, quanto magis æstimandum erit amari à Deo, esse amicum & familiarem Christo, honorari ab Angelis, coli ab omnibus creaturis, suspici ab

Universo?